Fragmentarium

forte electio congregationis et uoluntas ab
batis pro uite merito eum promoueri uo
luerit. qui tamen regulam a decanis uel pre
positis sibi constitutam seruare sciat. Quod
si aliter presumpserit: non sacerdos. sed rebel
lio iudicetur. Et sepe ammonitus. si non
correxerit: etiam episcopus adhibeatur in testi
monium. Quod si nec sic emendauerit:
clarescentibus culpis proiciatur de mona
sterio. si tamen talis fuerit eius contuma
tia. ut subdi. aut obedire regule nolit. LXIII

De ordine congregationis

Ordines suos in monasterio ita conser
uent. ut conuersionis tempus. ut ui
te meritum discernit utque abbas constitu
erit. Qui abbas non conturbet gregem sibi
commissum: nec quasi libera utens pote
state iniuste disponat aliquid. sed cogitet
semper quia de omnibus iudiciis et operibus
suis redditurus est deo rationem. Ergo se
cundum ordines quos constituerint. uel
quos habuerint ipsi fratres sic accedant ad
pacem. ad communionem. ad psalmum

ARCHIVES DE L'ETAT A GAND

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Archief Sint-Baafs en bisdom Gent, R 20bis, p. 1 – Chapter book (https://fragmentarium.ms/view/page/F-17z4/10004/72730)